



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

De quibusdam desideriiis ad Fidem spectantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI. A.C. 1527. Has propositiones Facultatis Theologicæ Doctores his verbis perstringunt: *Tametsi requiritur fides ad assequendam beatam immortalitatem & ad cordium purificationem, ut docent sacre Litteræ, non tamen eam solam ad hoc requiri astruunt, sed potius oppositum, unde ait Jacobus Apostolus: Videtis, quoniam de operibus justificatur homo & non ex fide tantum; & Paulus: Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur. Quare hæc propositiones cum hujusmodi conclusione positæ Scripturis non consonant, quæ ubique bona opera prædicant, & offendiculum eadem propositiones natæ sunt præstare pusillis, quasi videlicet non sint necessaria fidelibus bona opera, sed sola fides sufficiat ad salutem.*

De quibusdam desideriiis ad Fidem spectantibus.

Ex Erasmo in ep. ad Cor. c. 1. & seq. Affirmabat Erasmus: *I. Utinam illud saltem aperuisset Paulus, a quibus, quo tempore, quo cultu, quo ritu, quibus verbis consecrari soleat panis ille mysticus & sacro sanctum Dominici Sanguinis poculum.*

Censet Facultas, quod curiosum sit hoc desiderium & futile, atque impium; sufficienter enim sunt per Scripturam sacram determinata, quæ pro salute fidelium expedivit per eam determinari.

II.

II. Utinam Paulus aliquantopulus lucis nobis aperuisset, qualiter extant animæ se-
 motæ a corpore & ubinam exsint, an fru-
 antur immortalitatis gloria? An impiorum
 animæ jam nunc crucientur, an eis subve-
 niant nostræ preces, aut alia benefacta; an
 indulgentia summi Pontificis subito liberen-
 tur a pœnis, quando video multos super his-
 ce rebus ambigere, aut certe disputare. Quod
 supervacaneum foret, si Paulus aperte defini-
 visset.

Ad hanc Propositionem Facultas di-
 cit: Supervacaneum est hoc desiderium & pe-
 riculosum. Multis siquidem occasionem af-
 ferre potest scandali, tanquam quæ illic po-
 nuntur sufficienti Scripturarum Testimonio
 non subsulciantur, cum tamen illa omnia
 satis sint per sacra eloquia definita, excepta
 ultima particula de indulgentiis. Neque ta-
 men propterea asserendum est, quod semper
 per indulgentias subito a pœnis liberentur;
 nec hoc in suis bullis Pontifices prætendunt,
 aut ex vi hujusmodi bullarum Pontificiarum
 sane intellectarum id habetur.

De Lege Veteri.

Quantum ad hunc articulum idem Auctor hæc docuit: Cum lex terro-
 rem incuteret potius, quam amorem, quid
 supererat nisi posteaquam per legem didice-
 rant homines se peccatis obnoxios, nec po-
 tuisse

Ex eodem
 Paraph. in
 Evangel.
 Marci c. 1.